

Paolo Guarini da Forlì
Poeta ed istorico, scrisse
le cose di Forlì dal 1370 al
1464. Vedi Bonoli Paolo
Storie di Forlì = Cimati 1661:4°
a c. 306 =
fioriva nel 1518, e nel 1503
era direttore dei Lavori della
fortificazione della Rocca
di Ravaldino presso Forlì
ivi pag 285
Fondi Cristoforo è citato
nell'opera del Marchesi
Sigismondo = Supplemento
istorico dell'antica città
di Forlì a c. 666.

Forlì Selva 1678 foglio
e dal Bonoli Istoria di Forlì
a c. 309

Per risoluere il nostro dubbio nō ue bisogno ne
di Logica ne di filosofia ma solo dun po
ca di cognitione della Lingua greca: per
che colui che sa che il cappa è una Lette
ra greca che da noi si dice ca potrà an
co sapere che due cappe insieme rilieuono
ca ca: la qual parola apresso de greci
uol dire un tristo: donde prese il nome
quel ghiottone che rubbò i Buoi ad Her-
cole chiamato Caco: dimodo che chi dice
a uno tu sei un' huomo da due cappe, al
tro nō uuol dir secondo me se non che tu
sei un ghiottone. et uno huomo da tre
cappe, uno arcighiottone, che è il superlati
uo sopra il quale non si pò salir piu
insu. questo è il mio comento, si trouate
miglior comentatore mi sarà cosa molto
grata intendere la sua opinione. State
sano alli 6 di Marzo 1582 —

Cast.no Baldasarri
Lafezzi

Questio mihi ab te preposita nō Logica eget neq; philosophia, sed modica grece lingue cognitione: qui enim nouit cappa Grecam esse literā, idem et nouerit geminū cappa ca ca efficere, quod grece malum significat: quo quidem nomine Cacus ille est appellatus, qui Herculis Boues abegit. qui ergo aliquem dicit geminū cappa tenere, malum hunc hominem esse significat. qui uero ternū pessimū superlatiuo nomine. hec mea est interpretatio. tu si meliorem interpretem habes, eius me opinione queso impertias. Vale.

A Apena mi ricordo del

Miscellanea Q. 740 180/7-4

1 Herculis Mathie = De imagine mundi mss cart. 1442

2 Tractatus Mathematicus (vide ...) mss Cartaceo - XV. secolo

3 Montalbodio (Das) Fabrizio Poesie mss DD. a Paolo
(~~nelle marche~~ d'Ancona) Guarini di Forlì XV secolo

+ 4 Alberti Leon Battista e Catontilo e Deifira ~~Prova d'amore~~ mss = da considerarsi

5 Regole di comporre sonetti mss

6 experimentum Circulis = mss di astrologia giudiziaria

+ 4 Vedi Mazzuchelli Scrittori ital. T. I. P. II pag 315 N. 14, e 15

CLIV. ~~CLV.~~ ~~CCCXXX.~~ ~~CCCXXXI~~

N. B. una altra opera col specioso titolo
= la imagine del Mondo = esiste
V. Bandini Bibl. Laurentiana
T. V. - pag. 288. VII





De ymagine mundi.

Ad instructionem multorum itaque quibus deest copia librorum hic
libellus editur. Nomen quoque eius ymago mundi credatur
eo quod dispositio tocius orbis in eo quasi in speculo conspiciatur. In quo
et pignus nostre amicitie posteris relinquatur. Nichil autem in
eo pono nisi quod maiorum commendat traditio. Mundus
itaque dicitur quasi undique motus. Est enim semper in motu. Hec
figura est ad modum pile rotunde, sed instar ovi distincta.
Ovum quippe exterius testa undique ambit. Teste al
bumen. Albumini vitellum. Vitello gutta pinguedinis
includitur. Sic mundus undique celo ambitur. Celo purus
ether ut albumen. Etheri turbidus aer ut vitellum. Aeri
terra ut pinguedinis gutta includitur.

Creatio mundi quatuor modis scribitur. Uno modo quo ante tempora
secularia universitas mundi in mente divina concipitur, que conceptio
archetipus mundus dicitur. Unde scribitur quod factum est in ipso vita erat etc.
Secundo cum ad exemplar archetipi mundi hec sensibilis materia creatur,
sic legitur: Qui manet in eternum creavit omnia simul etc.
Tercio cum species et formas sex diebus hic mundus formatur,
sic legitur: Sex diebus fecit deus opera sua valde bona etc.
Quarto cum unum ab alio ut puta homo ab homine, pecus a
pecude, arbor ab arbore, unumquodque de semine sui generis nascitur.
Sic dicitur: Ecce nova facio omnia etc.

Elementa dicuntur quasi yle ligamenta. Yle autem est primordialis
materia. Sunt autem quatuor elementa ex quibus constant omnia:
ignis, aer, terra et aqua. Que in modum circuli se re-
volvunt hoc modo: ignis in aerem, aer in aquam, aqua in
terram convertitur. Rursus terra in aquam, aqua in aerem, aer in
ignem gravitatur. Hec singula propriis qualitatibus quasi quibusdam
brachiis se invicem tenent, et discordem eorum naturam concordi federe vicissim
commiscent. Nam terra arida et frigida frigide aque connectitur.
Aqua frigida et humida humido aeri astringitur. Aer calidus
et humidus calido igni associatur. Ignis calidus in siccus aride
terre copulatur. Ex his terra ut puta gravissima imum, ignis
ut puta levissimus supremum optinet locum. Alia duo medium quasi
quoddam soliditatis vinculum, quorum aqua gravior terre proximum possidet
locum. Deputatur autem terre gradiancia, aque natancia, aeri
volancia, igni radiancia. Primum elementum septem modis denotatur:
scilicet terra, humus, tellus, arida, sicca, solum, obs notatur. Terra
dicitur a terendo et totum elementum intelligit. Tellus quasi tollens fructus
que est frugibus acta vel vineis fructiferis et arboribus consita.
Humus ab humore que est palustris et inarabilis. Arida in assa
que semper fervore solis aret ut libia. Sicca que aliquando copu-ta

Qualitates elementorum vide.

Di. Alexandro Padovani

Solum a soliditate ut sunt montana. Ops ab opibus, ubi divitie
scilicet aurum et gemme habundant ut insidia.
cito siccatur ut India. Terre forma est rotunda, unde orbis
est dicta. Si enim quis in aere positus, eam desuper inspiceret tota
enormitas montium, et concavitas vallium minus in ea appareret
quam si digitus alicuius pilam pergrandem in manu teneret. Circuitus
autem terre C.lxxx. millibus stadiorum mensuratur quod duodecies
mille miliaria et .lii. computatur. Centrum hoc quod conspicimus
in celo, in medio mundo est ut punctus in medio circuli est
collocatur. Sed divina potencia sustentatur. Ut legitur non timeas
me, ait dominus qui suspendit terram in nichilo. fundata enim est super stabi
litatem suam sic aliud elementum occupans sue qualitatis metam. Hec
terre circuitu occeano limbo cingitur. Sic legitur: Abissus sic vestimentum
amictus eius. Intus meatibus aquarum ut corpus, venis sanguinis
penetratur. quibus ariditas ipsius undique irrogatur. Unde ubicumque
terra infunditur, aqua reperitur. Quinque autem zonis, idest circulis
quinque, terra distinguitur. quarum duo extremi sunt inhabitabiles, algore
medius calore, a quo sol numquam recedit. ad illos numquam accedit.
Medii duo habitabiles hinc ardore, inde frigore temperantur. Ubi gratia
si ignis frigori in hieme sic diu accenditur quousque lineas efficere sciatur
unam in medio ferventem. duas circumgelidas. duas inter has temperatas
qui si ut sol circuiret, in mirum quicumque circulos redderet. Ex his.
Circulus primus septentrionalis. Secundus solsticialis. Tercius equi
noctialis. Quartus brumalis. Quintus australis notatur.
Sed solus solsticialis a nobis noscitur habitari.

Habitabilis zona que a nobis incolitur, in tres partes mediterraneo
mari dirimitur. Quarum una est Asia. Altera Europa. Tercia
Africa dicitur. Asia a septentrione per orientem usque ad meridiem.
Europa ab occidente usque ad septentrionem. Africa vero ab occi
dente usque ad meridiem extenditur.

Asia, a Regina eiusdem nominis appellatur. Huius prima Regio in orientali
parte orbis terrarum est locus paradisi. longissimo interiacente spatio
vel etheris vel regionum quas non incolit genus humanum. Unde nec aque
diluvii, que totam nostri orbis superficiem altissime cooperuerunt, ad eum
pervenire potuerunt. locus videlicet omni amenitate conspicuus inadibilis
ab hominibus quia igneo muro usque ad celum est cinctus. In hoc est
lignum vite, de cuius fructu qui comederit semper in uno statu immor
talis permanebit. In hoc etiam fons oritur, qui in quatuor fluminibus
dividitur. Que quidem flumina infra paradisum, terra conduntur. Sed in aliis
longe regionibus funduntur. Nam phison qui et ganges in India nascitur
de monte orcobores contra orientem fluens, occeano excipitur. Geon qui
et nilus, iuxta montem athalantem surgens, mox a terra glutitur.

p qua occulto meatu currens i litore maris rubri denuo
funditur ethiopiaz circuiens p septez labitur i dcj ostia
diuisuz magnuz mare iux alexandriaz i greditur.
Tigris aut et eufrates in armenia partho vl
caucaso a tra funduntur, et g meridiez vergentes
mediterraneo mari imerguntur. ppe paradisuz sut loca
multa, desta et inuia, ob diuersa gn̄a serpentiuz et feraz
aialia. Deinuz est india, ab indo flumine dicta. qui ad
septentrionez de monte caucaso nascitur, ad meridiez
cursuz suuz dirigens, a rubro mari excipitur. Hec india
ab occidente clauditur. Et ab hoc indicus oceanus dr.
In quo ē sita taprobane insula. x. ciuitatibus indita gen
iclita. Hec duas estates, et duas hiemes uno anno ht.
et omi tpe viret. In hoc st. etiaz crisa, et agere insule
auro, et argento fecunde et semp florde ibi iueniuntur bdeliu
et lapis onichinus. Bdeliuz ē arbor aromatica, colore nigra
magnitudie oliue. Onix inde appellatur qd ht i se pmi
stuz candorez i similitudie unguis humane. Grece vngues.
dicuntur nigre. Ibi sut montes aurei, qui pp dracones et
griffos no possut adiri. In india est mons caspius a quo
caspiuz mare vocatur. Inter quez et mare. gog. et magog
ferocissime gentes a magno alexandro i cluse feruntur que
humanis carnibus, et crudis bestiis vescuntur. India ht. xliiij.
regiones populos multos. s. Garmanos orestas. Coattas quoz
silua tangunt ethera. In montaneis pigmeis hoies sunt
duoz cubitoz quibz ē belluz g grues, qui tcio ano pariut
octauo senescut. Apud hos crescit piper colore quidez albo
sed cuz ipi spentes qui ibidez habundat flama fugantur,
nigruz de incendio trahit colorez. Item macrobios. xij.
cubitoz longos qui bellat g griffos. qui corpora leonuz, alas
et vngues preferunt aqlaz. Itez agrocas, et bragmanas qui
se ultro i ignez mittut amore altius vite. Sut etiaz alij.
qui pisces crudos edut, et salsuz mare bibut. Sut ibi et
qdam monstra, q quedaz hoiz, quedaz bestiis ascribunt.
vt sut hi qui versas hnt plantas et othonez simt. xvj.
i pedibz digitos. Itez et alij qui hnt canina capita, qbz
est vestis pellis pecuduz, et vox latratus canuz. Sut etiaz
illic q quinqes pariut, sed partus octauuz anuz no excedut

Ibi sunt monoculi qui arimaspi, et ciclopes sunt et
scenopode qui uno tantum fulti pede et iterum positi umbram
sibi faciunt planta pedis erecta. Sunt alii absque
capite quibus oculi sunt in humeris. pro naso et ore
duo foramina in pectore et setas habent ut bestie. Sunt
alii iuxta fontem fluvii gangis qui solo odore cuiusdam
pomi vivunt qui si longius eunt pomum secum
ferunt, et ipsum etiam occeanum transnatant. Ibi etiam
bestia est que vocatur Cencrota. cuius corpus asini
crines cervi. pectus et crura leonis. pedes equi,
ingens cornu bisulcum. Os patens usque ad aures. locus
dentium os solidum, vox pene hominis. Ibi est alia bestia
cuius alie corpus equi, maxille apri, cauda ellefantis,
cubitalia cornua habens quorum unum post tergum reflectit
et cum alio pugnat. Illo obtuso, aliud ad certamen vibrat.
nigro colore viret. in aqua et in terra equaliter valet.
Ibi sunt fulvi tauri versis setis horridi. grande caput,
Os patens a cervice usque ad aures patet. hi etiam cornua
vicissim producunt, ut deponunt ad pugnam. Omne missibile
duro tergo repellitur, qui si fuerint capti nulla arte poterunt
domari. Ibi etiam mantitora bestia, facie est homo, triplex
in dentibus est ordo. Corpore leo, cauda scorpio. Oculis
glauca, colore sanguinea, vox sibila serpentium, fingens
discrimina vocum. velocior cursu quam avis volatu, humanas
carnes habens. In usu ibi sunt etiam boves tricornes, pedes
equinos habentes. Ibi quoque monocoserus cuius corpus equi, caput
cervi, pedes ellefantis. Cauda suis. unum cornu in me-
dia fronte armatum quatuor pedes longe splendens et
nimis acutum. hec bestia nimis ferox diros habet mugitus.
Omne quod obstat cornu transverberat, captum non potest domari.
Ibi etiam grandes sunt anguille tricentorum pedum longe. Ibi
et sunt quidam vermes qui ad instar cancri bina habent brachia
sex cubitorum longa. quibus ellefantes corripiunt et undis
immergunt. Indicum quoque mare gignit testudines de quarum testis
capacia sibi faciunt homines. India etiam magnetem lapidem qui
ferrum rapit. addamantem etiam qui non habet precium nec ferro frangitur nec igne sanguine frangi.
Ab indo flumine usque ad tigrim. est parthya. xxxiii. regionibus
distincta. dicitur autem parthya. a partys venientibus a sithya.

Est in ea regio aragusia, ab opido aragusa dicta.
Est in ea etiam assyria ab assur filio sem qui eam primus
incoluit, dicta sive nominata. Est in eadem media a medo
rege dicta qui civitatem construens eam mediam nominavit
de qua regio nomen mutavit. In ea est etiam persida sive
persis a perseo rege dicta, qui civitatem persepolim edificavit
de qua et regio nomen accepit. In hac primum est orta magica
ars. Persida lapides pirides mittit qui manum premente
urit. et sine lite cuius candor cum luna crescit et decrescit.
A tigri flumine usque ad eufratem est mesopothamia, a duobus
fluviis grece dicta, eo quod in medio duorum fluminum sit constituta.
In hac civitas ninive itineris dierum trium, a nino rege constru-
cta, et nominata. In hac est regio que babilonia a civitate babi-
lone nominata. hanc Nemroth gigas fundavit, semiramis regina
reparavit cuius latitudo muri est quinquaginta cubitorum, altitudo
ducentorum cubitorum. Ambitus civitatis quatuor centum octuaginta
stadiorum. Centum portis ereis firmata. fluvio eufrate per medium
cuius currente irrigatur. huius arx quatuor milia passuum alta
perhibetur. In ea quoque est caldea, in qua primum inventa est astronomia.
In ea et arabia que et saba dicitur a saba filio chus. In hac
tus colligitur et in hac est mons synay qui et oreb in quo
lex a moyse perhibebatur. mox que urbs madian fuit. in qua
ietro sacerdos fuit. In ea sunt gentes multe moabite, amonite,
saraceni, madianite et alie multe.
Ab eufrate usque ad mare mediterraneum est siria, a
quodam rege siro dicta. In qua est damascus, a damasco
rege cognominata que olim reblata est vocata. Est in ea
comagena provincia. Est et fenicia, a fenice dicta, que
sola in hac terra invenitur, sive a fenice rege filio agenoris
dicta. In hac sunt site civitates thirus et sydon.
In hac est etiam mons libanus, a cuius radice oritur
iordanus fluvius ex duobus fontibus scilicet ior et dan.
Est etiam in ea palestina, a civitate palastim dicta
que nunc aschalon vocatur. Dicta est etiam iudea
a iuda filio iacob de cuius tribu reges erant nuncu-
pati. hec etiam cananea a chanaan filio cham dicta
In hac etiam ierusalem quam sem filius noe construens,
salem eam nominavit. sed iebuseus canaam eam
inhabitavit. unde a iebus, et salem dedit ei nomen.

Rex david yerusalem qui a iebus salem. quam salomon
filius eius amo et gemmis decorauit et ierosolimam
qui iebus alimoriam appellauit quam a babilonijs subuersam
Cerobabel reedificauit. sed romanus exercitus eam fun
ditus deleuit. Hanc post mortem elius adrianus imperator
reedificauit. eliam nominauit. Est etiam in palestina regio
samaria a ciuitate Samaria dicta que nunc est saba
stia nuncupata. In hac quoque est Galilea in qua est ciuitas
nazareth iuxta montem thabor sita. In hac etiam est
panthapolim regio a quinque ciuitatibus dicta. In qua olim
fuit sodoma et Gomorra. In hac est etiam mare mor
tuum a quo fluenta iordanis absorbentur. In hac quoque sara
cem a sara dicti. qui et agarem ab agar. i. ysmaelite
ab ysmaele dicti quorum gentes sunt duodecim. Hec supra dicte
ab oriente incipientes recta linea ad mediterraneum mare exten
duntur. quibus versus austrum egiptus conectitur. In qua sunt
xxiiij. secundum quod dicitur. hoc in oriente a rubro mari fingit et minus
sinum versus occidentem in libia fingit. Hec prius heusia dicta
postea ab egipto rege. Egiptus est vocata. Hec fluuio
nilo undique cincta in modum delthe litere est formata. Centum
millibus villarum indita. Hanc nubes non obscurat pluuie
non irrigant sed nilus inundans eam fecundat. In hac est
prouincia thebayda a thebe ciuitate dicta quam Catinus
filius agenonis in egiptum veniens edificauit thebas secundum
illas quas in boecia construxit nominans regionis que nomen
mutuauit ab illa. In hac mauricius principabatur
et ab hac thebi dicuntur. huic adiacet maxima solitudo
qua olim conversabatur monachorum multitudo Cambises Rex
egipti superans ciuitatem condidit cui nomen Babilon
indidit que nunc caput illius regni extitit. In hac
etiam victor Alexander ciuitatem edificauit quam alexan
driam ex suo nomine appellauit. supra scriptis regionibus
versus aquilonem hee anectuntur regiones. s. mons
caucasus a caspio mari orientis attollitur et per
aquilonem surgens pene usque ad europam porrigitur. Hic
inhabitant amazones femine ut viri preliantes. Hic etiam
inhabitant massagete. colchy. et sarmate. Seres est
opidum orientis. a quo serica regio et gens et vestis
est dicta. Post hec est bactria ab actrito nomine vocata

ab yrcania

huic iungitur yrcania, a silua nominata. in qua sunt aves
quarum penne splendent in nocte. Huic iungitur scithya
et hyrcania quarum gentes sunt xliiij. Ibi sunt ypporei montes.
Hanc sequitur albania a candore populi dicta eo quod albi
crinis ibi nascuntur. Cui annectitur armenia in qua est
mons ararath super quem requievit archa noe post
diluvium cuius usque nunc signa ibi videntur. Huic
copulatur yberia. Illi vero capadocia. a civitate eiusdem
nominis dicta. In hac sunt eque que a vento concipiunt
sed fetus non amplius triennio vivit.

Asia minor post hanc constituitur que pene undique
cingitur. In hac est ephesus ab amazonibus constructa
In qua requievit Johannes appostolus et euangelista.

Prima provincia asie minoris est bithinia. prius Bericia
post migdonia nunc A bitinio rege est nominata bithi
nia in qua est civitas eiusdem nominis. In hac est civitas
nicea in qua est magna sinodus facta. In hac est etiam
civitas nicomedia a Nichomede rege constructa et
dicta. Bithinia que dicitur maior frigia in qua est civitas
smirna a Theseo constructa. Huic iungitur Galacia, a
Gallis dicta quos bithinius rex in auxilium evocavit et
post victoriam cum terram divisit. hanc sequitur frigia a filia
europe frigia nominata. In hac est dardania, a dardano
jovis filio dicta. In qua est civitas eius nominis ab eodem
constructa. In hac civitas troia a troio Rege constructa.
Hec et ilium ab ilo rege dicta huius menia dicuntur pergama
Huic adiacent licaonia et charia, ubi fluvius hermus
fluit aureis arenis famosus. Inde est lidia, a lido rege
terre thirenei appellata. In hac est civitas thiatira. deinde
ysauria ab aura quia undique perflatur dicta. post hanc etiam
est cilicia a civitate eiusdem nominis dicta, quam cilix age
noris filius construxit et ab illa regio nomen accepit.
In hac est tarsus qui et thaurus dicitur. In hac est
tharsis civitas a perseo constructa pauli apostoli gloriosa in thitantis
regio. A qua ponticum mare appellatur. In qua Ovidius.
et postea clemens exilio relegantur. post decursam asyam.
ad europam transeamus.

Europa ab europo rege vel europa filia agenoris est
nominata in qua primus versus ~~Bopee~~ septentrionem sunt rifey
montes. Thaneys et tantus fluvius athanay rege
dictus et meotides paludes magno mari iuxta Theodosiam
urbem ingentes et athanay fluvio e githya que versus
meridiem usque ad danubium porrigitur. In hac sunt iste
provincie. Alamania. Dacia. Schotia. A danubio usque ad
alpes est Germania superior que germinando populos
dicitur. ucensis occeanus reno. versus aquilonem albia fluvio
terminatur. In hac est regio suevia a monte sueno dicta.
Hec alamania ab alamano lacu dicta. Hec et recia est appellata.
In hac danubius nascitur et lx. precipuis fluviis augetur
et in vii. hostia divisus ubi nilus ponticum mare ingreditur.
Est in ea noricus et baueria in qua est civitas ratispona.
Est et orientalis francia, cui coniungitur turingia, quam sequitur
saxonia ab albia. Est Germania inferior que versus aquilonem
occeano excipit. In hac est dania, et Norueya, a danubio versus
orientem usque ad mediterraneum mare. Est messia a messio proventu
dicta. Deinde pannonia inferior. Bulgaria. Inde tracia a thirace
filio zaphet dicta. Hec habet ebrum fluvium, urbem constantinopolim
nomine loci constructa et dicta a mari mediterraneo. Est grecia a
greco rege dicta. Et cetera rursum olim vocata, et versus austrum.
magno mari que etiam ylliricus nominatur. Est in ea provincia
dalmacia, a dalma civitate vocata. Est ephyrus a firro filio
achillis dicta. In ephiro est fons in quo faces et accense
extinguuntur, et extincte iterum accenduntur. Est chaonia
a civitate eiusdem nominis appellata, quam elenus fecit et horis
edificavit, et ob amorem fratris caonis Caoniam eam nominavit.
Est ibi elladia, ab eleda rege filio leocalionis et pirra dicta.
Ipsa est et archica ab archy. rege ipsa est vera grecia. In
hac est civitas athenes, a cecrope rege constructa. Ibi est boe
cia. a bove dicta. quia Cadmus filius agenoris illuc veniens
bovem repit, quem dum ymolaret tebas construxit. et provinciam
boetiam nuncupavit. De hac dicuntur thebani. De alia thebey. et
eadem provincia dicitur etiam adonia affinee. Aaon musis consecrato
Ibi est et pelopensus a pelope rege et a civitate eiusdem
nominis dicta. Ibi est thesalia, a thesalo rege constructa. Ibi est
et achaya ab achayo rege et a civitate eiusdem nominis dicta.
In hac est corinthus. a corinto filio orestis dicta. Ibi et archa-
dia, que et sicionia, a sicione rege nuncupata est. Archa

dicta ob bestiarum lapidem mittit qui semel accensus
extingui non potest. Deinde est panonia superior usque
ad apeninum montem. Ad aquilonem eius est ystria ab
ystro qui et danubius vocata. ytalia olim magna
grecia est dicta. Postea a saturno saturnia mox
latium eo quod saturnus a iove pulsus ibi latuit dicta.
Deinde ysonia tandem ytalia ab ytalo rege siculorum
vocatur. Hec ab alpibus surgit et in magno mari termi-
num figit. In hac est urbs roma a Romulo rege
constructa et sic dicta. Antiqui civitates precipuas secundum
feras ob significationem formabant. Unde Roma forma leonis
habet qui ceteris bestiis quasi rex preest. Huius caput est urbs
a Romulo constructa. Latera vero edificia utrobique
disposita sunt et lateris dicuntur. Brundusium aut forma cervi.
Cartago bovis. Troya equi figuram habuit. Est in ytalia
Tuscia provincia a thure et sacrificiis dicta. Est et cam-
pania a civitate capua dicta. et a capy rege constructa.
Ibi est apulea. Est troya ab imbribus dicta eo quod imbribus
tempore diluvii corrupta fuit. Est et tauria ab Tauro rege
dicta. Est et longobardia a longis barbis dicta. Padus qui
et eridanus flumine ab apenninus alpibus derivatur ac
mari immergitur. Venetia a venato rege. prius benefica
deinde venetia. Gallia a candore populi dicta. Galla grece
latine lac dicitur. Renus ab alpibus nascitur et contra aquilonem
pergens sinum occeani excipitur. A flumine reno est gallia
belgica a civitate belgis dicta. Hec a monte Jovis surgit
et versus aquilonem occeanum incidit. hec et francia a franco
Rege dicta qui de troya cum enea veniens. Tropam iuxta
Renum condidit. Terras franciam cognominavit. hanc versus occi-
dentem excipit lugdunensis. Gallia que et comata ob longos
crines est dicta que versus austrum habet narbonensem Galliam a
civitate narbona dicta que et togata a longis vestibus
dicta versus aquilonem aquitaneam ab aquis rodano et
ligure dicta. Unde est yspania ab yspanio Rege dicta. prius
Yberia ab ybero flumine. Et hesperia ab hespero rege
dicta et vocata. Hec versus occasum occeano terminatur. Sequitur
eius terra. vi provincie. Taraconia. Carthago. Lusitania.
Gallicia. Bethica. Tingitania que ultra yspaniam versus occa.
sunt. Sequuntur he insule in occeano. Britannia. Anglia. Ybernia

Venetia a Rege veneto dicta.

thanatos cuius terra portata quovis gencium serpentes perimit. Insula in qua fit solsticium. xxxiii. Scothia tile. Cuius arbores folia numquam deponunt. in qua sex mensibus est extivus continuus dies. et sex yemalibus continua nox. Ultra hanc est mare congelatum. et frigus perpetuum. Europam perambulavimus. ad affricam transeamus.

Affrica ab affer uno ex posteris abrahe est dicta. Hec in oriente ab egipto flumine surgit. Et per meridiem regens in occidentem tendit. Hec prima provincia est libia. a Regina eiusdem nominis dicta. Hec a parethonio civitate et montibus Cathabathmon incipiens et mari silenorum fines sumit. de hoc libicum mare dicitur. Inde est Cirenaica a cirene civitate nominata. sed a Regina eiusdem nominis constructa et dicta. Hec et penthapolis a quinque civitatibus dicta. scilicet Berenice. Arsinone. Ptholomaide. apolonia. Cirene. A propriis Regibus ita dictis. Inde est tripolitana. a tribus civitatibus dicta. Oea. Sabrata. Occasa. Berete. et leptis magna. Post hanc bisacena. a duabus civitatibus dicta. scilicet adrumis. et Bisancium. Deinde est cenzis in qua est magna carthago a didone que et lyca constructa. et carcada a carca oppido nominata. sed a Romanis deleta et demum reedificata. Carthago est appellata. huius muri latitudo fuit. xvii. cubitorum. Post hanc est cetula. Inde numidia. In qua regnavit Iugurta. In hac civitas ypone in qua beatus Augustinus fuit episcopus. Inde est mauritania a nigredine dicta. In hac est provincia stiphensis a stiphi oppido. Alia cesariensis. a Cesarea civitate dicta. Tercia tinguntinia a tingny civitate nuncupata. Versus meridiem est ethyopia. ab ethera dicta. una in oriente in qua est sabba civitas. in qua fuit illa regina. Altera in occidente in terquas sunt Garamantes a Garama civitate dicta. apud quos est fons tam frigidus nocte ut non bibatur. tam fervidus die ut non tangatur. Ex hinc versus orientem conitant Tuscadite qui celeri cursu feras capiunt. Ultra ethiopiam sunt maxima loca deserta ob solis ardorem et diversa genera serpencia hominibus incognita. Deinde est maximus occeanus qui solis fervore dicitur fervens. ut catabus. in extremis finibus affrice. Versus occidentem est urbs Gades. a finibus

constructa / a qua Gaditanum mare dicitur. In ipso vero
occeano est mons athalans altissimus. unde atha-
lanticum mare dicitur. Athalans autem erat rex affrice
frater promethei a quo nomen accepit qui in eo resi-
dens astrologiam descripsit. unde et celum sustinere dicitur /
peragratis affrice finibus ad insulas maris tendamus.,
Insule dicte quia in salso sunt. In mediteraneo mari
est ciprus insula. contra siriam phaphus a civi-te
eiusdem nominatus. Creta / a Creto rege dicitur. hec et cen-
tapolis a centum civitatibus dicitur hec sita est contra libicum mare
quod et adrianicum ab adria Civitate dicitur. Aulidos est
insula in elesponto in europa. Ellesponto ab elle civi-
tate dicitur. Colcos insula ~~affrice~~ atice. Ciclades dicuntur
eo quod in rotundo sunt posite. Ciclon enim dicitur orbis. Sunt autem
liiii. contra asiam posite. Harum prima est Rodos a civitate
eiusdem nominis dicta. et ad orientem est posita. In hac fuit
olim excusus coloxus. lxxiiii. cubitorum altus. Tenedos
ad septentrionem est posita a Civitate et Rege eius
constructa eiusdem nominis dicta. Carpados ad meridiem
ipius ~~contra~~ contra egiptum posita est. unde carpaticum mare
dicitur. Cytheria ad occasum eius a Cicharo nomine dicta.
Hec in tempore diluvii sub egypto primo apparuit / unde et
delos nomen accepit quia delos manifestum sonat.
Hec et artigia dicitur ab tetigo metus. i. coturnicibus.
que primum ibi vise sunt. Sicaria insula a puero cretensi.
qui naufragio est dicta a quo ycarum mare dicitur. Naxon
insula dionisii. qui et bacus et statua rotunda. Insula
paron, a civitate eiusdem nominis dicta. a paro iasonis
nepote constructa. Hec gignit marmor candidissimum quod
parium dicitur et sardium lapidem. Cydon est insula in hac
marmor nascitur. Samos insula a samo civitate dicta.
de hac fuit sibilla et pithagoras. In hac fictilia vasa
sunt reperta. Sicilia a siculo rege fratre ytali dicta. prius
Sicilia prius sicania nominabatur — sicania / a sicano Rege cognominata contra ytaliam
sita. Hec trinacria a tribus montibus dicitur. In hac est
mons ethna cuius sulfurea exeunt incendia. In hoc
freto est silla / et Caribdis. In hac autem olim ciclopes.

In hac īuenta est Comedia. Eolie isule ab Eolo
rege nūx. secilia(m) parte Et Ulcanie q̄ īcendio sūt
plene. Sunt eciā Sicades īsule ꝙ marsalia(m) ppe.
Sardinia a Sardino rege hec Culus filia dca.
q̄ muradaz Sita est. In hac nec serpens nec lupus
gignitur. In ea solifuga anīalia. s. aranea. morsu
hoīes pimens. Ibi est etiā erba ginis apiastro q̄ come
dentibꝫ contrahit. victuꝫ et qui ridentes īt' rimunt.
In hac sūt fontes callidi. īfirmis medelā. furibus
cecitates īferentes. Corsica a Corsa muliere dca.
q̄ ligurias Sita q̄ primus taurusque qsitoꝛ illuc
venit. et referens loci fertilitatē aliquibꝫ īhitari
fec. Hec et Cirine a Cirino herculis filio ē dicta.
qr ab eo est īhitata. Ebesus īsula q̄ ī ispaniaz ē
hanc fugiunt serpentes. Ibi ē colūba plena anguibus
Ibi et baleares īsule. Ibi inuēte sūt fundē. Godes sūt
īsule ī occeano nuncupate. athalātez ī his olī hitauerut
gorgones. nux. hec exhabūdat q̄ ad purpureas optime
valebant. Unde dr fabulose aurea vellera hūisse. Gadon
eciā dr Jouis. Ultra illaz fuit illa magna īsula q̄
pantone Sebente cuz poplo ē submersa. q̄ affricaz et Euro
pam Sua vicit magnitudiē. Ubi ē ceretuz mare.
Meroe īsula est ī Nilo flumie ī capite ethiopie
ī qua asumit' vmbra īestate. In hac ē lignuz ebanuz
nux. quā ē Ciuitas Siane ī qua ē puteus apphetis
factus. lx. cubitorum altus ī cuius fundo splendet
Sol recto gradu ī mēse junij. Est qdaz occeani īsula
dca pdita amenitate et fertilitate omnī rez cūctis
terris longe pstantissima hoibꝫ ī cogta q̄ aliqn casu
īuenta postea qsita no est īuenta et iō dr pdita.
Ad hac fertur brandanus venisse. Insulas cēximus.
Nunc ad īferna eciaz pgamus.,

In ferinus iō dicit' qr īferius est positus. Sic
eciā terra est ī medio aeris. Ita ī ferinus ī medio
terre. Unde et nouissima terra dr. Est aut locus ygneus et
sulfureus Stridens ī ferius dilatatus. Supius coangustatus.
Hic lacus et terra mortis dr qr anime illuc descendētes
vexati' moriuntur. Hic et Stagnuz ignis dr qr vt lapis
mari ita aīe illuc īmerguntur. Vocatur qz terra tenebrosa.
qr fumo et nebula obscurat'. hic et terra oblivionis au

nuncupatur, quia greci illi obliti sunt dei. ita eorum obli-
viscitur misericors deus. Hic et dicitur tartarus ab horrore
et tremore quia ibi est fletus et stridor dencium. hic
etiam et gehenna .i. terra ignis nominatur. Gehenna terra
dicitur cuius ignis noster umbra esse dicitur. hic profunditas
et recessus dicitur horribilibus draconibus et igneis vermibus plenus.
Huius patens os dicitur baratrum quasi atra vorago. huius
loca fetorem exhalancia acherontia .i. spiracula scilicet immundos
spiritus emittencia. Hic etiam stix quod grece tristicia. flegeton — *Stix grece latine tristicia.*
est fluvius infernalis ob vicinitatem ignis et sulfuris
fetore et ardore horribilis. Sunt et alia multa loca sive
in terris sive in insulis penalia seu horrencia a frigore
et ventis aut igne et sulphure iugiter fervencia.
Ignea infernalia loca perspeximus ad refrigerium aquarum
confugiamus.

Aqua que secundum elementum ponitur ab equalitate
dicitur. unde et equor quia sit planum. Hec in mari colli-
gitur. In flumina diffunditur. in fontes dividitur. per
amnes convocatur. per terras dissipatur. per aera attenu-
atur. Totam terram cingit. Et omnes regiones et provincias
dividit. Huius immensa profunditas dicitur abissus quasi ab
effundens. hic tamen fundum quamvis nimis profundum. Occeanus — *Quare abissus dicatur.*
dicitur quasi zonarum limbus. Quatuor enim zonas mundi in modum limbi
ambit. Accessus autem et recessus occeani lunam sequitur
cuius aspiratione retro trahitur. cuius impulsione refunditur.
Quotidie autem bis effundere et remeare videtur. Cum luna
crescente crescit. cum decrescente decrescit. Cum luna est in equinoc-
tio. Maiores occeani fluctus significat ob vicinitatem lune
et in solsticio minores ob longinquitatem eius. per xviii annos
ad principia et puncta in omnia ut luna restituitur. Dampnosus
quasi .i. vorago in occeano in exortu lune maior existit fluctus
involuit et revolvit hic fit etiam.

Est in terra abissus profundissima de qua dicitur. Rupti sunt
fontes abissi magni. Iuxta hanc sunt caverne loca et
spelunce late patentes. In his venti de spiramine aquarum
concipiuntur. qui et spiritus procellarum dicuntur. et hi quo-

spirante aquas maris per patentes cavernas intror-
sus in abissum attrahunt et ea excitante magno impetu
repelluntur dehis et fit terremotus.,
Venti concavis locis terre inclusi dum erumpere gestiunt terram
tremere faciunt. Hiatus est fit. hic et fit terremotus
dum loca cavernosa et continuis aquis fragilia ventis
concussa rumpuntur, et introrsus cadencia in patium ape-
riuntur de quibus multe civitates devorate leguntur. Hiatus
autem est iterum tremor ut in nube tonitruum. Hic iatus quibus
flumina fiunt aut cum terremotu inundationes maris eodem scilicet spiritu
introrsus infusi vel residentis sinu recepti. Unde tellus Sicilie
que cavernosa est sulfure ac bitumine instrata ventis pene tota
et ignibus patet, spiritu introrsus est igne concremante multis sepe
locis. fumum vel vaporem vel flammas erumpit, violentia vento
acrius incumbente arenarum lapidum vel moles ingerit, inde
montis Ethne ad exemplum gehenne perpetuum, tam diu durat
incendium quod insularum calidum dicit undis mutari dum aquarum
cursus spiritus in unum profundum secum rapiens tam diu suffocat
donec venis terre diffusus fomenta ignis accendat. hic Scille
canes latrare finguntur dum periculum navigantes tremore terrentur
quas sorbet voraginem collidi estus. Simili de causa in aliis.
etiam terris incendium fingit. et gehennas post ostendit. Sicut
calor de igne. ita frigus nascitur de aqua. unde extre-
me partes occeani rigido gelu, et ipso frigore rigent quia
calore solis carent. Pars autem occeani que medium de
hoc dividit. ideo iugiter calore fervet quia solis iter semper
habet. Occeanus fluminis non augetur quia fluenta dulcia
partim salsis vadis consumuntur, vel ventis, vel vapore solis
arripiuntur, et partim per occultos meatus in suos amnes
redduntur. Idcirco perdurat salsum tot fluminibus et plu-
viis irrigatum quia exausto solo dulci, tenuique liquore
que facilius ygnea vi distrahit. Omnis asperior, grossior quia
linquatur. Ideo summa maris unda est dulcior, profunda
vero amarior. Flumen non aliud est in dulcibus aquis
solis non maris. Mare rubrum de occeano exit, sed roseum
colorem de terra trahit quod tota sanguineo colore rubet,
ac ultima litera in fine. Mare dicitur eo quod sit amarum. hoc
Mare quasi amarum | per venas terre occulto meatu discurrens amaritudinem in terris
deponit. et dulce in fontibus erumpit. In se ipsum iterum refluit.
unde scribitur. ad locum unde exeunt flumina, revertuntur ut
iterum fluant, secundum illud omnia flumina intrant in mare.

Dicitur tamen quod aqua sit duplex s. salsa et dulcis. salsa maris et gravior, dulcis fontium levior.

produxit deus fontem de paradiso

Et cum legatur quod deus produxit fontem de paradiso. in quatuor partes mundi rigare precepit Dicitur quod exaptis omnium fontium ut fluminorum dulcis aqua de illo fonte ut fluminis decurrat et in matricem abissi iterum fontis refluat que cum in mansum mare influat, amaris tamen aquis non commiscetur. sed ut puta levis super graves aquas labitur in occultum cursum suum revertitur. Hinc est quod mare non redundat cum omnia flumina intrent in mare. sed et quamvis maris unda non est adeo amara nec ea que in ymo est posita ut dulcis sit aut salsa.

Videndum est unde quedam erumpat callida ut putrida. Sunt quedam specus subterranee sunt sulfure plene. Si habet ventus se ipsum aflatu eius. sulfure accenditur. quod incendium etiam erumpat in quedam loca ut fit in Secilia. Cum ergo aqua post hoc per ignea currat loca, calorem et fetorem inde trahit. Et si prope hic locum erumpit, flammiuoma ebullit. Si autem longius recessit vix tepescit. deinde penitus frigescit. Sunt alia loca serpentibus plena. que venenum aqua inficiunt veneno, quod dum terra exsurgit bibentes interimit. Quod aqua maris motum, a ventis non movetur, et nullum in se iniuret patitur. fit ex fontibus bitumus quibus edificata est turris Babel. Bitumus autem nec resistit aque, et non dividitur nisi menstruo sanguine. Pisces et aves ideo in aquis morantur

Quare pisces stant in aqua.

quia de his facta leguntur. Quod autem in aere volant et in terra habitant ideo fit quia aer est humidus ut aqua, et terra .i. permista aqua. Quod non quedam animalia de terra creata possunt in aquis morari ut cocodrilli, et yponey. hoc ideo fit quia est aqua terre valde permista cum nocturna naviga-tione sintillat ad remos tempestas erit. Et cum delfines iocundi sepius exiliunt, quo illi feruntur inde ventus exsurgit. et ubi nubes excusse celum aperuit. De profundo aquarum descendamus superiorem penam in aerem suspendamus

Aer est quod inanis sine est terra.

Usque ad lunam conspicitur. de vitali spiritu dicitur et quia est humidus ideo volant in eo aves ut in aqua natant pisces. In hoc commorantur demones cum tormento diem iudicii

Quid sit ventus.

Nubes

Iris nota(?)

psolantes ex quo sibi corpora sumunt dum hoibus apparent. De hoc peremtur venti. Ventus est aer comotus et agitatus, et nichil aliud quam aeris fluctus qui in xii dividitur, et quisque proprium vocabulum sortitur de quibus quatuor sunt cardiales. Alii colaterales eorum. Primus cardinalis septentrio qui et ptias faciens frigora et nubes. Huius dexter est circius qui et tuncias faciens nives et grandines. Eius sinister est aquilo qui et boreas constringens nubes. Secundus cardinalis est subsolanus qui et afiliotes temperatus cuius dexter est vulturnus qui et altias cuncta dissiccans. Cuius sinister est eurus, et nubes generans. Tercius cardinalis est auster qui et notus humorem calorem atque fulmina gignens huius dexter euro. Auster callidus cuius sinister euro nothus temperatus. Australes venti faciunt maiores venti faciunt maiores tempestates in mari quam in humili flant. Quartus autem cardinalis est zefirus qui et favoni yemem resolvens flores quam producens. Huius dexter est affricus qui et liberius tempestates concitans generans et fulmina. Cuius sinister est Corus qui et agrestis in oriente faciens nubila in media terra. Venti suo spiramine aquas in aerem trahunt conglobare densantur in nubes. Dicuntur autem nubes quasi nibo naues quibus dum venti inclusi erumpere nituntur magno murmure concrepant et nubibus collisis ignem terribilem excutiunt. Crepitus ergo nubium est tonitruum. Ignis ibi est expressus fulgur qui ygnis ideo penetrat ea quam tangit quia modo subtilior et maxima vi ventorum impellitur. Ab aquilone fulgur, ab euro tonitruum. Tempestatem ab austro. flatus estuum. Arcus in aere quadricolor ex sole et nubibus formatur, dum solis radius cavae nubi immissus repulso acie in solem restringitur, sicut dum sol in vas aque plenum fulget splendor in tecto in tecto redditur. De celo igneum. De aqua purpureum. De aere iacintinum. De terra trahit colorem gramineum. Imber ex nubibus descendit, dum guttule in maiores guttas coeunt. Aeris amplius natura non ferente nunc vento impellente, nunc sole dissolvente ad terras dilabuntur. lenta autem

et iugi defluxio pluuia repentina, et preceps nimbus
et ymber vocatur. Que licet de amaris austis aquis sit austa,
de solis igne decocta in aere dulcessit sicut amarissima aqua
humo infusa dulcem saporem assumit. Sicut ille pluuie ventis
et frigore conglaciate in aere coagulantur, et in lapillos grandinis
mutantur. Nix aquarum vapore necdum densato in guttas sed
gelu preripiente formatur, que in alto mari non cadit. Ros de
aere venit quando aquis grauatus rigore noctis et lune splen-
dore distillat. Si vehementius frigus noctis Ros ipse pruine
dicitur, candidior congelu in albescit. Nebula fit dum humide
exalationes vaporaliter in aera trahuntur, vel radiis solis ad
terram repelluntur. Fumus etiam ascendit de aqua. Omne
namque corpus constat ex quattuor ellementis, lignum namque est corpus quod
igni iniectum, ignis materies que ei inest ardet. Terre vero ma-
teries vertitur in cinerem, et aeris et aque. Materies plu-
rimum euanescit in aerem. Ideo autem amarus, quia natura aque
est salsa, quinque quia terre est permixta. Quod in nocte videntur stelle cadere,
[illegible] videntur ut stelle cadere — Non sunt stelle sed signacula afflatu ventorum ab ethere in aerem
tracta, et mox in madido aere extincta. Pestilentia nascitur aeris
siccitate, vel calore vel tempestate corrupto, qui spirando vel eden-
do perceptus tunc mortem generat. Hoc totum quod dixi infra
lunam in aere fit. Supius vero semper serenus existit.
Aerem transuolantes iam ethereis ignes ascendamus.
Ignis qui quartum elementum scribitur, et qui non gignens scribitur
a luna usque ad firmamentum extenditur. Istam est aere
subtilior quantum est aer aqua tenuior, aqua terra rarior. Hic
est ether qui purus aer dicitur et propter splendorem lectatur.
De hoc angeli corpora sumunt cum ad homines missi veniunt.
In hoc dicuntur stelle sunt, que singulis seculis cum mundo feruntur
et ob vagum cursum planete, id est erratice dicuntur. Hee in mensa
celeritate firmamenti ab oriente in occidente rapiuntur, tamen
naturali cursu contra mundum ire comprobantur, sicut musca si in rota
molendini circumferatur, ipsa tamen proprio motu contra reuolutionem
eius ire videtur. Hee autem supius modo inferius propter obli-
quitatem eius signiferi vagantur. Radiis autem solis prepe-
dita, anomala, vel retrograda, vel stationaria fiunt.
[illegible] planeta — Luna est primus planetarum, et pusillima stellarum, sed ideo
[illegible] est luna.

maior ceteris videtur quia proxima terre in primo circulo fertur. hoc corpus est globosum, non igneum, sed aqua permistum. Vnde et per se lumen non habet, sed in modum speculi a sole illuminatur, et ideo luna quasi lucina .i. a luce nata nominatur. quod autem quasi nubecula videtur ex aque natura creditur. Dicitur autem quod si aqua permista non esset terram, ut sol illustraret, primo ob vicinitatem maximo ardore vastaret. Globus namque eius multo terra est amplior, licet ob altitudinem celi sicut videatur vix modii fundo maior. Luna ea parte lucet que soli opposita est. Et a vero parte est obscura qua a sole est adversa. A sole vero remota lucet tota, non enim crescit ut minuitur, sed obiectu terre lumen quod a sole accipit videatur. hoc licet cottidie violencia firmamenti ab oriente in occidente feratur, tamen contra mundum nitens zodiaci signa .xxviii. diebus peragit. Circulum autem suum xviii. annis perambulare affirmatur. Luna quanta si rubeat quasi aurum ventos ostendit. Si in summo corniculo pluviare mensis exordium significat, si in medio plenilunium serenum. Secundus planeta est mercurius qui et stilon forma globosus, natura igneus. lunam magnitudine vincens lumen a sole accipiens signiferum .cccxl. diebus percurrens. Tercius planeta est venus que et hesperus, aurora, et cephali filius. lucifer et vesper rotundus, igneus contra mundum nitens ut mercurius. signiferum percurrit .ccc.xlviii. diebus. Quartus planeta est sol. inde dictus sol eo quod solus luceat, ceteris stellis obscuratis. vel quod sit super omnia lucens forma, perspicuus natura. magnitudine octuplus. terram vincens omnibus stellis lumen prebens. hoc ab oriente in occidentem impetu firmamenti fertur. sed contra mundum nitens per totum zodiacum .ccclxv. diebus graditur. Circulum autem suum .xxviii. annis perambulare traditur. Huius presencia diem, absencia vero efficit noctem. sic enim tota die sicut tota nocte lucet super terram. Aquilonem partem celi peragrans, facit nobis longos dies, et estatem. Australem vero percurrens breves nobis inducit dies et yemem. Quintus planeta est mars, qui et piroys globosus, igne fervidus percurrit signiferum duobus annis. Sextus planeta est Iupiter qui et fenon rotundus, temperatus zodiacum peragrans .xii. annis. Septimus planeta est saturnus

qui et fenon pspicuus gelidus ꝯ mundus / ut supiores riser
gradiens sig[ni]ferum .xxx. annis peragit. In exortu saturni
post .xxx. annos qui ymaginem de crefudent loqui ut hominem
pbabit. Omnes aut post quingentos et triginta annos duos cir-
culos suos pagunt, et eosdem ut p[ri]us repetunt a t[er]re centro
obsidens. Circuli planetarum altissimi sunt. Saturno i scorpione.
Joui i virgine. Marti i leone. Soli i geminis. Veneri i sagi-
tario. Mercurio i capricornio. lune i ariete. Medys
aut ptibus omnium / et c[ontra]rio ad t[er]re centrum. Humilior atq[ue]
pximior. Suus cuiq[ue] color est. Saturno Joui clarus.
Marti ygneus lucis fero candens. Vespero refulgens.
Mercurio radians. Lune blandus. Soli ardens. Mutant
aut colores a propinquis circulis. Nam frigidior i palorem.
Ardentior i ruborem. Ventosus i horrorem aut i obscuritatem.
// Sig[ni]fer .i. circulus .xii. signorum diuiditur. i .xii. ptes planu
sub his feruntur .vii. planete. Sol s[em]p[er] medius i[n] duobus.
Luna p totam latitudinem. Venus excedens cum binis ptibus.
Mercurius sub .viii. ptibus duabus in medio .4[or]. supra.
duabus i[n]fra. Mars sub 4[or]. medys. Jupiter sub media
et sup[er] eam duabus. Saturnus sub duabus medys ut sol
Hi .septem orbes dulcissima armonia voluuntur / ac sua-
uissima concentus / eorum conuitiones effitiuntur. Qui sonus ad
aures nras io no puenit / qr ultra aerem fit / et eius
angustiam auditum excedit. Nullus enim sonus a nobis pci
pitur nisi qui i hoc aere fit. A terra aut usq[ue] ad firma
metum / celestis musica mensuratur / ad cuius exemplar
nra musica. Sunt ra aut si fit. C. gama. In luna. A.
In mercurio. B. In venere. C. In sole. D. In marte. E.
In Joue. F. In saturno. G. ponitur pfecto mensura mu-
sice inuenitur. A / luna usq[ue] ad mercurium semitonium.
Inde usq[ue] ad solem tria semitonia. / A sole usq[ue] ad mar-
tem tonus. Inde ad iouem semitonium. Inde ad saturnum
semitonium. Inde ad sig[ni]ferum tria semitonia / que
simul iuncta septem tonos efficiunt. Tonus aut ht xv.
